

EBERHARDVS COMES IN ERBACH.



EBerhardus ex illustri familia comitum in Erbach anno circiter 1508 natus, & in omni gene re uirtutum optimè educatus fuit. Is in adolescen-
tia bonis literis operā dedit, atq; militaribus actio-
nibus sese exercuit. Postea ex illustri familia Rein-
grauiorum uxorem duxit, atq; ex ea pulcherrimā
prolem sustulit. Erat autē is pietatis deditissimus,
atq; rara prudentia conspicuus. Itaq; Fridericus e-
lector Palatinus eum suæ curiæ supremum Magi-
strum constituit, atq; suo nomine res maximas ad-
ministrare iussit. Eam functionē Eberhardus ma-
gna diligentia expediuit, atque in primis litera-
rum studia promouere solitus fuit. Cum etiam E-
uangelicam doctrinam amaret, reliquos proceres ad eam incitauit, atque suis
uirtutibus nobilitatis exemplar fuit.